

Johann Sithmann Daniel Terser


Speculi Imperii Romani Veteris Et Moderni Ex I. 2. ff. de O. I. ad modernum usq[ue] Imperii statum, & formam continuati. Disputatio Tertia Ad §. 9. De Patribus: Vario Patronatus Iure: Senatoribus: Senatu: Et Senatus Consultis Romanis

[Stettin]: [Goetschius], [ca. 1650]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757432719>


Druck Freier  Zugang





V. K. 2 (165.)





33
46.
1
SPECULI IMPERII ROMANI
VETERIS ET MODERNI

Ex l. 2. ff. de O. J. ad modernum usq; Imperii
statum & formam continuati.

DISPUTATIO TERTIA

Ad §. 9.

DE

PATRIBVS: VARIO PA-
TRONATUS JURE: SENATO-
RIBUS: SENATU: ET SENATUS
CONSULTIS RO-
MANIS.

RESPONDENTE

DANIELE TERSERO, Westmannia Sveco.

Papinianus † in *l. jus civile 7. ff. de J. & J. Et ro- b]*
tidem verbis Tribonianus in *§. 3. Instit. de J. n. g. & c.*
Legi statim Plebis cita & his Scta subjicit. Verum si
veritati nil quicquam detrahimus plebiscita ut-
pote in prima plebis secessione xviii. post Reges exactos anno facta,
Sctis longe noviora esseprehendimus.

† Quoad causam Impulsivam Sctorum Pomponius in *b. l. 2. 2.*
§. 9. ff. de O. J. & Tribonianus Instit. §. 5. d. tit. in eo conveniunt
quod ob plebis & populi copiam, qua conveniendi difficultas cau-
saretur juris coostituendi cura ad Senatum relata esset, quod ipsum
quod tulisset Senatus, *jus* appellatur a Pomponio: a Triboniano in
d. §. 5. Lex: ab utroq; Senatus Consultum. . Uterq; errore prolapsus
eodem, in causa eadem, quam ambo ob populi multitudinem con-
veniendi difficultatem asseverant, quam opinionem erroneam vul-

H

gue

gus Dd. sequitur, & noviter ad stipulatus est J. Reifenberg *manuduct*
p. 99. Nec minus obscurus est Tribonianus in *d. § 5.* ubi Sctā vult
 esse leges, æquum enim visum esse Senatū vice populi consuli.

3. Constat † Sctā origine esse antiquissima, & anteqvam popu-
 4. lus augetetur Sctā fuisse. † Leges in antiqua Roma jus omnium
 primum constitutæ, Romulus enim ex augurio & voluntate populi
 legitimè Rex proclamatus, primò annò Regni legibus de cultu De-
 orum, tam ab Albanorum, quam Evandri moribus repetitis Potitio-
 rum & Pinariorum ritibus paragendo promulgatis, sequente anno
 leges de Politicæ statu informando addidit, circa finem ejus anni se-
 cundi & initium tertii Senatū ex C. Patribus Romanis, Sabinis,
 aut Albanis creavit, quorum consultationibus in rebus seriis ute-
 retur, quibuscumq; regnaret Liv. Halicarnas. Fuitne tunc Senatus
 hic sine Sctis? Absolutum. Aliò sensu accipiuntur Patres & Patri-
 tii tempore Imperatorum *l. 1. 3. & 5. C. de Consul. §. Filius familias.*
Instit. Quib. mod. jus patr. pot. Solvit.

5. Sunt qui Romulū † post receptionem Sabinorum alios ad-
 huc centum patres prioribus addidisse opinantur, quod ut asferam
 à me impetrare non possum. Semel tantum Romulus initio Re-
 gni centum Patres legit, sed receptis Sabinis populum demum in
 triginta Curias divisisse, legesq; curiatis tulisse verior & probalior
 mihi videtur doctrina de quo dixi ad §. 2. *Disputat. 1.*

6. Hisce centum Romuleanis ante Sabinorum receptionem cre-
 atis † Tatius Rex alios Centum, & Tarquinius Priscus V. Roma-
 norum Rex, adhuc centum addidit, qui postea dicti Patres minorum
 gentium. Deinde Junius Brutus, post Reges exactos, Consul pri-
 mus, propter Patriciorum paucitatem, & priorum defectum ad-
 junxit ex Equestribus centum & sexaginta, ut numerum trecento-
 rum expleret Fest. *l. 1.*

7. † Patres hi dicti, vel quod soli Patres longâ serie ciere potue-
 rint, vel quod ex amplitudine generis tam prudentiâ, tum etiam in-
 stitutò vitæ clariore essent Zonaras *lib. 11* vel quod instar Patrum
 reliquum populum inferiorem & plebem singulari studio & animò
 observarent Salust. *in Catilin.* inquit: Delecti quibus corpus annis
 infirmum, ingenium sapientiâ validum erat, Reipublicæ consul-
 tabant,

tabant, hi vel ætate vel curæ similitudine patres appellabantur.

† *Conscripti* præter *Patritios* erant omnes illi, qui vel à *Tatio*, vel *Tarquinio* aut *J. Bruto Romuleanis Patribus* additi, vel in eorum defectum familiis extinctis surrogati sunt. *Conscripti* autem appellabantur, quod in numerum patrum scripturâ annotati, vel publice à populo electi vel creati essent, quod idem cum iis fuisse existimo qui † *lecti* dicebantur quod ex inopia *Patritiorum*, ut *Festus* ait *d. lib. 1.* ex *Equëstribus* in numerum *Senatorum* essent electi. Scriptum namq; & publicè electum siue sancitum nonnunquam in usu *Juris* perinde accipitur. Uti *Lex juris scripti* pars audit, non quod rigoroſe scriptam legem esse oporteat, scripturamq; ut formam substantialem requirat, sed quod publicè sit electa & sancita; Fuerunt namq; leges non scriptæ, quæ erant *Lacædemoniorum*, pontificum apud *Romanos*. *l. 2. §. 5. & 6. h. tit.* Tum & *Consuetudines* scriptæ extant, quæ propterea non sunt pars *Juris scripti*, sed *consuetudines*, & *jus non scriptum* permanent, quia eis deficit publica sanctio & electio, quatenus tacitò duntaxat populi consensu modo introductæ sunt. Quod cum animadverteret *Conatus*, ut se extricaret dixit, scripturam non esse necessariam *lib. 1. Comment Jur. Civil. 8.* Sed non sufficit. Dicendum ergo: scriptum, vel scripturam intelligi pro eo quod est publicè sancitum & electum; Non scriptum vero hic haberi, quod non est publicè sancitum, sed tacitò & privatò consensu introductum. *Conscriptos* ergo seu *Electos* siue *lectos*, patres, qui eodem interpretatur, à vero non aberrat.

Hi *Patres* originem dedere † *Juri Patronatus* quod tempore *Regum* & *Consulum* in usu erat, cum tenuioris fortunæ cives se *Patrum* quorundam, quos sibi quicq; eligerent, defensionis & protectioni, contra *favittiam* potentiorum, submitterent, vocarentq; hos *Patres Patronos*, & se eorum *clientes*.

† *Tranquillus* refert † *Appium Claudium* tunc *Tatio* *Claudii* gentis *Principis* profatum, post exactos *Reges* ab *Regillis* *Oppidò* *Sabinorum* cum quinque millibus domorum, quæ *Claudiorum* familiæ *clientes* essent, *Romam* commigrasse, qui *Appius Claudius*

Fuit avus Appii Claudii Decemviri in carcere enecati, qui tantam
familia suae gloriam fecit dehonestavit. Scribit de illo Appio
Claudio Virgil. lib. 7. *Aeneid.*

Ecce Sabinorum prisco de sanguine magnum.

Agmen, agens clausus, magnisq; ipse agminis instar

Claudia, nunc a quo diffunditur & Tribus & gens

Per Latium.

Livius lib. 2. & Plutarch. hoc tempore Publicolae contigisse, Prin-
cipe familiae qui Clausus apud eos dictus est in *Publicol.* quem sentit
32. & Virgil. d. loc. † Quod ipsum Zafium & Budzum movit, ut Jura
feudalia ab hoc jure patronatus promanasse opinati sint, quod jus
in factiones tandem sub initio Monarchiae degeneravit, & ideo à Le-
one severissime prohibitum est. l. 1. cum sqq. C. ut nemo ad suū patrocini-

13. A quo multum abest † Jus Advocatiae & protectionis cum
civitas Imperialis libera vel alius status Imperii alterius Ducis, &
status, vel Regis extranei protectionem advocat, quod jus tunc con-
cessum est quando est *prescriptum* quod expressè loquitur textus in
constitutione Pacis Religiosae de Anno 155. lata in S. Es sol auch frin-
Standt ibi. Und sol hiemit den Jenigen/ so hiebev or vor Al-
ters Schutz und Schirm Herrn anzunehmen gehabt/hiedurch
nichts benommen und dieselbe nicht gemein: seyn. Quae verba
eadem repetuntur à Maximiliano II. Anno 1566. in Comitibus Augu-

14. stanis, & tunc demum impetrandum est † quando ordinarius per
Impotentiam subditos suos defendere non potest. Qui ergo status
hoc jus non praescripserunt, uti tō non possunt, alios namq; modos
veluti pacta stipulationes testamenta &c. quibus servitutes consti-
tuuntur S. fin. *Institui. de servitut. praed. l. si partem S. 1. ff. Quomad-*
15. *mod. servit. amittunt.* Lex Imperii non memorat. † Quod enim
lex non dicit, neq; nostrum est dicere. Ecubescendum sine lege
loqui. Novell. 18. cap. 5.

16. Proinde & requiritur † ut jus Advocatiae, quia videtur quasi
servitus discontinua, quae sine facto hominis exerceri non potest,
praescribatur tantō tempore, cujus initii amplius memoria non
extat: l. *servitutes. 14. ff. de servitut.* Et ibi gloss ordinaria, nisi praes-

scribens

scribens habeat titulum ab aliquo tertio. vid. *Capoll. in tractat. de seruit. lib. 1. cap. 19. vers. tertius casus Felin. in c. de Quarta. De praescript. penult. Col. in fin.*

Quia ergo circa hoc jus praescriptio semper praesupponitur, † Status recipiens eam probare tenetur, ipsiq; qui jus Advocatiae sibi competere asserit circa alterius subditos, illud aequè probare incumbit, quia praesumptio ipsi contramilitat. *l. siue possidentis. C. de probat. Menoch. lib. 1. Praesumpt. 33. n. 1. 2. 3. 4. & 4. Praesumpt. 1. n. 6.* † Regulariter namq; illi tuitio competit, cujus est territorium & fundata Jurisdictio ibidem *Roland. Consil. 18. 11. 28. vol. 3. Surd. Consil. 289. in 3.*

† Et jure civili prohibitum est, ne quis alterius, & quidem potentioris patrocinium advocet. *l. 1. C. ne liceat. l. illicitas: ff. de Offic. Praesid. l. 1. ut nemo ad patrocin. Surd. Consil. 47. n. 25. Thom. Michael de Jurisdict. Conclus. 138 Petr. Denais in Jus Camer. tit. 211. S. 2. Maximè quando Advocatia tendit contra Imperatorem † Quia in omni fidelitate Rex seu Imperator excipitur. c. 1. de nov. form. fidelitat. 2. F. 701. § fin. de prohibit. feud. alienat. per Frider. 2. F. 55. nisi contra leges circulares & fundamentales manifestò status opprimat.*

Legitime sic constitutum & acquisitum Advocatiae Jus † regulariter sumptibus clientum moderatis expeditur arg. *l. sed etsi S. 1. ff. ad Exhibend. nisi aliud quidpiam in conventionem fuerit actum. l. 1. §. si convenit. ff. deposit. l. 1. de part. l. 1. de constitut. pecun.*

Nec potestatem in clientes, † sed nudum tuitiois vinculum protectori confert, multo minus subjectionem & Jurisdictionem aut dominium. Ideò nulla administratio sive Ecclesiastica sive Politicae Jurisdictionis ex Jure Clientelari competit, secundum illud vulgatissimum: *Schutz und Schirm gibt keine Obrigkeit/englehet auch dem rechten Erb-Herrn an seine Berechtigleit nicht das allerwenigste.*

† Manent enim modis omnibus subditi sub potestate & Jurisdictione ordinarii sui Magistratus, cui non minus ut ante parere debent *c. recepimus. De privileg.*

† Inde apud omnes indubitatum est, posse statum Imperii secundum *d. Constitut. se in alterius Principis vicini, aut quod quidam*

H 3 volunt

volunt extranei, tutelam aut protectionem recipere sine Imperii detrimento, quod tradit Author *Symphoremata. Tom. 2 p. 3. tit. 3. supplicat. 23. fol. (mihi) 93* Simon Pistor *Consil. 19. vol. 1. n. 18.* Marpurgens. *Consil. 8. n. 49. & 107. vol. 3.* vid. *Disfertat. meam De Felon. Conclus. 10. per tot.*

25. † Quod ut sine detrimento fiat cauto opus est pactis & Capitulationibus rem omnem inire, ne Idolum illud Principum *Ratio Status & belli* rationem omnem tollat & evertat.

26. † Etsi enim in Reipublicæ administratione ad conservandum præsentem statum multa fieri rectè possint, quæ alioquin in se & absolute spectata subiniqua forent, attamen ubicunq; *Status ratio* necessaria est, in bello & pace temperamentum rectè sumit ex LL. territorialium & Provincialium qualitate, quæ quoquo locorum extant, illa ut vigeat; hæ non intereant.

27. † Prudentiæ Imperatoris est exquisitæ illam ita concipere, ne belli calamitate hæ pessum eant, illa dominetur, ne violetur honestas & æquitas, nec quod infertur damnum majus sit utilitate, quæ inde speratur, quomodo Athenienses, quorum tamen civitatem multâ injustitiâ opus habere dicebat Aristides, Consilium Themistoclis sibi quidem mirè utile, sed universæ perniciosum Græciæ rectè repudiârunt. *Plutarch. in vita Aristid.* † Belluina enim est Imperii administratio quæ subditorum utilitatem negligit. *Aristot. lib. 1. politic.*

29. † Facessant noviores Politici *Rationem Status* Principibus servandam svadentes, ut ut res singulorum corruant. Fumum litant provictima: An ille stabit his deperditis? his nervis succum & sanguinem non suppeditantibus? Adulteram imitantur hi Politici,

30. quæ corpus cum affectu conjugali partitur inter maritum & machum, quorum huic sædò pudore corpus prostituit: marito verò, cui in totum est obligata, aliqualem cordis affectionem retinet. Sic illi existimant satis esse, si Rempublicam apparenti cultu prosequantur, verà tamen intentione eam meretricio & adulterino more deferunt. Videtis Romanos post tam exilia initia utrumq; statum ita componentes, ut per orbem universum florente publico, privatus eò delatus sit ut publicum continuo fulciverit addo Batavos. Venetos &c. Plura non eloquor. Longè

Longè aliud ab hoc & priori Patronatus jure, est † quod olim 31.
 ob servorum manumissionem Domini acqvirebant, quò ipsò hi Pa-
 troni? Illi Liberti propter acceptam libertatem dicebãtur, propter
 eã ob ingens acceptum beneficium liberti Dominis & Patronis de-
 bebant, obsequium, operas, & alimenta, neq; liceret ei quic-
 quam bonorum in fraudem Patronorum alienare, adeò ut si repe-
 rireretur libertus inofficiosus, injuriosus, malevolus, aut ingratus
 quverelã datã à Patrono, emendationi, & castigationi Magistratus
 subjaceret, & prout res postulare videretur, aut ipsius patroni ca-
 stigationi redderetur, aut ad pristinam servitutem redigeretur, in
 metallum damnaretur, aut Præsidi addiceretur per text: in *l. i. ff. de
 jure Patronat. l. nec quicquam de offic. Proconsul. l. Prætor præterea ff.
 de Injur. l. ingratus: De Oper. libertor: 1. penult. & ult. ff. de bon. libert.
 & cor. libert. l. 2. C. eod. Novell. 22. cap. 9. Novell. 78. c. 2.*

Longissimè autem differt à dicto jure Patronatus † quod ex 32.
fundatione, adificatione & dotatione Ecclesiæ CC. Constituunt,
 per quæ Patronus præsentationem, vocationem & nistal lationem
 personæ idoneæ ad munus Ecclesiasticum vocans acqvirit, de quo
 videre licet in Decretal. *lib. 3. & Decretal. lib. 6. In tit. de jur. Patro-
 nat.* Et quæ dixi in *cap. 6. §. 5. à n.*

Senatores dicti † vel quod senes essent, vel quod de summa 33.
 Reipubl. sententiam rogati dicerent Festus *lib. 1. Ovid. lib. 5. Fastor.*

Non nisi post annos patuit tunc curia seros.

Nomen & ætatis mite Senatus erat.

Cicero *pro domo sua* ait Consilium, ratio & prudentia nisi in senibus
 esset, Majores nostri summum Consilium non Senatum appellas-
 sent. † Senium seu senectus ab 48. anno inchoare dicitur, & Ju- 34.
 ventutem insequi *l. non aliter 69. ff. de legatur.* In Camera quinqva-
 genarios pro Senibus reputari, & protestibus ad perpetuam rei me-
 moriam admitti, reliquos verò infra hos annos plerumq; rejici, tra-
 dit. Gail. *1. observat. 92. n. 7.* Ubi tamen addit qui senes dicantur in
 communi Judicis arbitrio committendum esse. *d. loc.*

Senatores hi Patres fuerunt, quia autem Patres vel ita ex stirpe
 Romuleorum Patrum profati, vel aliunde conscripti aut lecti erant
 † Ideoq; & Senatores differebant, ut essent vel Patritii longã serie à 35.
 Romu-

Romuleanis descendentes, vel ab aliis aliunde conscriptio sive lecti
 aut in locum demortuorum surrogati. Ex his Senatoribus dice-
 36. bantur quidam *Pedanei* † *Quinam illi fuerint dubia non caret.*
 Fuere qui cum curulem magistratum nondum gessissent, in Curiam
 non veherentur, sed pedibus irent, vel qui curulem Majoresq;
 Magistratus alios obiissent, non tamen in Curia *viva voce*, sed *per*
discessionem tantum sententiam ferre poterant. Ut mirum sit hos
 pedaneos dici qui summi Magistratus essent, qui in Curiam splen-
 dida curuli sella veherentur, & tamen mutum haberent votum.
 Verum cognitum est & illos Senatores quibus viva voce sententiam
 proferre jus fuit, per discessionem sæpè ivisse in sententias, ex Gel-
 lio *lib. 3. cap. 18.* & Curules Magistratus majoresq; cæteros senten-
 tias viva voce dixisse, qui fuerint nempe Senatores, non Senatori-
 bus non licuisse. Magnam rei huic lucem affert Dionysius Halicarnas-
 sensis, qui ita scribit: Primos quoq; Senatores & Consulares impri-
 mis rogari sententias solitos: qui vero Juniores erant, vel non ro-
 gabantur, vel rogati sententiam non dicebant: Sed in seniorum,
 quam vellent, discedebant sententiam, arrogantis siquidem vide-
 batur, illorum sententiæ quicquam addere aut detrahere velle, Ju-
 venibus præsertim & rerum Imperitis. Quod omnibus etiam fa-
 cere licuit, qui secundo aut tertio loco rogabantur, ut scilicet nihil
 censerent, ipsi, sed aut verbo assentirentur aut pedibus irent in
 aliorum sententias, ne frustra tempus produceretur Halicarnasf.
lib. 2. Pedanei ergo hi dicti Senatores quoties modestiæ causæ aut in
 honorem majorum ac seniorum sententias prolatas vel nutu, vel
 per discessionem in partes & ordines euntes approbarent. Ali-
 quando etiam promiscuè in sententias pedibus itum est, Senatus
 Principe qui pro tempore Senatuum habebat, prius sententiam pro-
 loquente, quod in causis minus arduis & operosam consultationem
 non indigentibus contigisse compertum habemus. Sive autem vi-
 va voce aut per discessionem Sæta constituerentur, nunquam illis
 Magistratibus, licet Curules, Prætorii & alii Majores, à Censoribus
 tamen adhuc in ordinem Senatorum asciti non essent, aliter
 quam per discessionem sententiam suam proferre licuit, non enim
 37 fuerunt Senatores, licet Magistratum summum in urbe tenerent. †
 Tunc

Tunc demum Senatores fiebant, cum vel à Consulibus aut Inter-
rege in ordinem Senatorium cooptarentur, quæ Senatus legendi
potestas temporibus post A.V. D CXXII. ad *Censores* delata est, qui
in majorem numerum Senatum auxerunt, vel substituerunt, si quos
ex causa removissent.

Respiciebant imprimis *etatem & prudentiam* personæ, indo-
lisq; honestatem, quam asciscerent, si quæ & in Junioribus emine-
ret doctrina, animi candor & probitas † etiam juvenes coopta- 38.
bant non autem XXIV. annis minores. Unde rectissime Scipio cum
à Tribuno plebis diem sibi dictum intelligeret, quod juvenis adhuc
Senator & Dux belli constitutus esset, se nullatenus à proposito ab-
strahi passus est, Si, inquit, S.P.Q. R. & Censoribus justam æta-
tem habeo, tibi non juvenis ero. Cic. *pro Flac.*

† Cum vero *Sexagesimum* Senator annum superasset, officii 39.
habebat vacationem Coraf. *ad tit. de O. J. S. deinde quia n. 27.*

Cæterum præter Senatores quos Censores legerent erant alii,
quod modo innui, qui *jure Magistratus* quem aut gerebant, aut ante
gesferant † in Senatu jus dicendæ sententiæ habebant, licet Sena- 40.
tores non essent, quales erant *Ædiles Curules; Prætores, Quæstores,*
Dictatores, Præfetti Prætorio, cæteri; *Patritii,* qui in Senatum non-
dum cooptati erant Gell. *lib. 3. c. 18.* Liv. *lib. 23.* Quod bene ex anti-
quitate tenendum: illi qui nondum à Cofs. vel censoribus in Sena-
tum lecti Senatores quidem non erant sed quia honoribus populi
us quidem erant, in Senatum veniebant & sententiæ attamen non
nisi *per discessionem* dicendæ jus habebant, qui verò in Collegium
Senatus à Cofs. & Censoribus cooptati erant, *viva voce,* & interdum
casu ita ferente, quod jam monui etiam per discessionem Senten-
tias ferebant.

Nam & Curulibus Magistratibus functi, qui nondum à cen-
soribus in Senatum lepi erant Senatores non erant. Et quia in po-
stremis scripti erant non rogabantur sententias, sed quas Principes
dixerant, in eas descendebant, quæ observantia ex edicto proces-
situs cujus meminit Livius *d. l. 43.* Et Gell. *d. loc.* Consules, inquit, edi-
xerunt quoties Senatum vocassent uti Senatores quibusq; in Sena-
tu dicere sententiam liceret, ad *portam Capenam* convenirent. Ubi
I paulo

paulò supra *b. lib.* addit Dictator recitato vetere Senatu inde primum in demortuorum locum legit, qui post L. Æmilium & C. Flaminium Censores curulem Magistratum cepissent, nec dum in Senatum lecti essent, ut quisq; eorum Senator primus creatus erat. Tum legit qui Ædiles: Tribuni & Prætores: Quæstoresq; fuerant, quod & refert Gell. *d. loc.* Præterea *Pedanes Judices* alii erant qui ex delegatione prætoris de causis minoribus cognoscebant, habentes tantum *nudam notionem*, ab infimisq; sublelliis asidentes de quib. vid. *l. 3. §. 7. ff. Ne quis eum i. §. Item ff. de portul. l. 4. & fin. C. de pedan. Judic.*

41. † Senatus quippe haberi solitus per Dictatorem, Consules, Prætores, Tribunosplebis, Interregem & Præfectum Urbi, quive Princeps erat senatus si contingeret hos Magistratus eodem tempore Romæ esse, quibusdam verò horum absentibus qui prior in honore adesset Senatum consulendi & habendi jus habuit, quiq; Senator rogatus sententiam dicere vellet *surgebat, stansq; dicebat.* Cicer. *ad Attic. 1.*

42. † Censoribus tamen licet majores Magistratus erant, *neq; legum ferendorum, neq; Comitiorum jus erat*, Senatorem legebant qui postea Comitii à Principe Senatus habitis introducebatur. Legem nunquam innuebant & dabant, quæ à populo competenter rogaretur vid. Plin. *lib. 5. cap. 17.*

43. † Habiturus autem quicumq; Senatum *Hostiam* prius immolare, auspicariq; debebat Varro *ad Appian. lib. 4. Epistol. quæst. Gell. lib.*

44. *14. cap. 7.* †. Ideo Jul. Cæsar Senatum habiturus plures hostias cecidit quidem, sed quia litare sprevit cum curiam ingressus erat multis vulneribus confossus est Sveton *in Cæsar.* Sacris peractis,

45. conventoq; Senatu † moris erat uti ex Salustio colligimus, ut post Comitium Consularia Consules designati primi sententias rogarentur, & eorum is prior qui priore loco designatus esset. Ante Comitium verò is qui è Censoribus Princeps Senatus lectus erat, ii deinde ut Consulibus videbatur: Ita tamen ut ne Prætorium Consulari, Ædilitium Prætorio, Tribunitium Ædilitio præferrent. Memorabile est quod Sveton. *in Cæsar.* scribit: Moris fuisse ut quem ordinem rogandorum Sententiarum Consul *calendæ Januarias* tenuisset,

set, eundem toto anno usurparent, forte ideo quod *ordinarii Coss.* istis Calendis crearentur; *eximordinarii* verò cæteris mensibus quorum nomina annales non memorant.

Ex modo dictis confectarium est † quomodo interpretandus 46.
Ulpianus *in l. ult. §. 1. ff. de Senator.* Senatores ajens, accipiendos esse, eos qui à Patritiis & Consulibus usq; ad omnes Viros *Illustres* descendunt, quia & hi soli sententiam in Senatu dicere possint. Quod intelligendum non tantum quamdiu illustrem illam dignitatem & administrationem adhuc habebant, & revera adhuc inter Senatorium numerum continebantur; sed & deposità administratione nil minus *Senatorii ordinis* esse dicebantur jusq; sententiæ dicendæ (per discessionem tamen duntaxat) in Senatu retinebant, licet post administrationem depositam in Collegium Senatus iterum recepti non essent, quod etiam colligitur ex Zenon. Constitut. *in l. 3. C. ubi Senat. vel Clariss.* facit, & quod de Primicerio constituit *in l. ult. C. de preposit. sacr. cubicul.* addatur Novell. 38. Novell, 69.

Erant præsertim † post Alexandri Severi tempora, cujus Con- 47.
siliarius Ulpianus extitit Lamprid. *in Alexand.* dignitatum tituli ita distincti, ut quidem essent *Illustres*, quidam *Speſtabiles*, quidam *Clarissimi*, ultimi *perfectissimi*, *l. unic. C. de perfectissima. dignit. l. 38. C. de Appellat. l. 1. C. Ubi Senat. vel Clariss.*

Quive ergo † *Senatoriâ tantum* dignitate decorati erant *Clari-* 48.
ssimatus dignationem assequabantur. † Quive erant Præſectorii 49.
vel Magisteriæ potestatis sudoribus clari facti, ut loquitur Zeno *in l. 3. C. ubi Senator. vel Clarissim.* vel similes dicebantur *Illustres*, sive cum sive sine administratione Senatores seu ordinis erant Senatorii unde plerumq; in Jure nostro illustres dicebantur Senatores. Valentin *in l. 2. C. de Tutor. & Curator. Illustr. l. 3. de silent. & Decur.* † Spectabilium & Perfectissimorum discrimen innuunt *l. si qvan-* 50.
do C. de appellat. Novell. 23. Novell. 71. l. C. de annon. & tribur. l. peculiari. C. de proxim. Sacr. Tit. C. de perfectissimat. l. 1. C. Ubi Senator. vel Clarissimi.

† *Supra illustrium* tituli præminentiam habuerunt tempore 51.
Imperatorum *Patritii & Consules l. 38. C. de Consul. §. 10. Instit. de Injur.*

† Quæ *Patriciatus* dignitas longè alia ac quæ Romnli tempore 52.

& Regum subsequens fuit *n. 4.* Sed vereor ne Imperatores dum ipsi consulatus administrarunt hunc supra Illustrium titulum sibi appropriarint, consulibus ceteris umbram tituli imaginariam relinquentes. Et verisimile est † Principes pro arbitrio deniq; hos dignitatum titulos, quos vellet, contulisse. † Ut discrimen certo habendum inter *Senatores & Senatum*. Hi constabant ex *Senatoribus*; Illi vel erant in *Collegio* Senatus, vel *extra* illud, jus tamen sententiæ dicendæ per discessionem in Senatu habebant *d. l. 3. C. Ubi Senator vel Clarus*.

55. † In primordio Monarchiæ cum Julius Cæsar Dictator numerum Senatorium auxisset in 900. Antonius occiso Cæsare in 1000. de quo quidem dubitant; Augustus deniq; ad 600. reduxisset, ut Festus, Florus Appianus Halicarnas. & Dion testantur, & quidem ante Alexandri Severi tempora hujusmodi Magistratum tituli, noti non erant, *maximus* enim qui tunc fuit, *Clarissimus* habuit dignitatem. Præfectusq; Prætorio, qui sane summus Imperatorum tempore erat, & proximus ab Imperatoribus censebatur, Clarissimus ab Antonio Heliogabalo, in *l. 1. C. de Sentent. pass. & restit.* appellabatur, cujus tempore Ulpianus teste Lampridio & communi Historicorum suffragio vixit, ad Alexandri successoris tempora, cujus eodem Lampridio attestante Consiliarius fuit, ipse Ulpianus speciosas personas, & qui ornamentis Senatoriis utuntur Clarissimos inscribit. *l. speciosas 100. De U. S.*

56. † Posteriorum autem Imperatorum & quidem *Constantino* *politianorum* tempore *Patritiatu* demum instituta dignitas, & Consul una tam alte evecta est, cum prætextu tamen ut supra monui.

57. † Quia autem hi Imperatores, Zeno, Justinianus *d. l. 3. & ult. C. de Consul.* longe post Alexandri Severi & Ulpiani tempora fuerunt, non immerito dubitare licet cum Haloandro & Duarenno illa verba. *l. ult. §. 1. ff. de Senator;* non esse Ulpiani sed *Compilatorum*, qui tunc temporis cum Patritiatu dignitas, ut conjicio, à Zenone ante Justinianum Imperatorem instituta erat, & sub ipso Justiniano Consulatus, eò, eveheretur, vixerunt, & jus civile compilârunt.

58. † Succedente Insuper tempore paulatim Imperatores Jura Sena-

Senatus adsciscentes ipsos se ordinis Senatorii asseruerunt. l. 8.
C. de Senator.

† Advertendum à Censoribus circa A. V. DCXCII. ante ce- 59.
 ptam Monarchiam XVIII. anno institutis ex censu legi consuevisse
 Senatores, quemadmodum & omnes Magistratus omniaq; officia
 apud Romanos brevi tempore, venalia facta fuisse asserit Sveton.
in August. † Præerant singulis civitatis curiis *Divisores*, quibus pe- 60.
 cuniæ populo partiundæ tradebantur, ut largitione Candidatus
 suffragatorum animos sibi conciliaret, contra quam ambitionem
 L. Julia de ambitu postea lata est, quam tamen non in urbe Roma,
 sed municipiis locum habere ait Modestin. *in l. 1 ff. ad L. Jul. ambit.*
 Magistratum enim creationem, non ad populi favorem, sed ad
 Principes spectare. † Ambitio sic semper Romæ prævaluit, ut 61.
 quod emere non liceret, aliò titulò quæsierint.

† Cum nempe se consules designari à Principibus curârunt 62.
 Refert Salust. Anton. Commodum Imp. uno anno 25. Consules
 designasse *in Catilin.* Fuit autem designatorum Consulium hæc præ-
 rogativa, ut Princeps Senatus cum res aliqua ad Senatam referretur
 primum designatos Consules rogaret, postea Senatores cæteros
 Lamprid. *in Commod.*

† Adhæc si cui Magistratus aut Senatoria dignitas conferen- 63.
 da esset census habita magna ratio est. Sveton *in August.* ibi. *Senato-*
rium, inquit, *Censum ampliavit ac pro 80000. summa duodecies.*
H. S. taxavit, supplevitq; non habentibus, quam rem Plinius *lib. 14.* de-
 plorans posteris, ait, laxitas mundi & rerum amplitudo damno fu-
 it; postquam Senator, Censu legi ceptus: Judex fieri censu: Ma-
 gistratum, Ducemq; nil magis exornare quam Censu, pessum ivere
 vitæ pretia. Seneca *lib. declamati.* Senatorium ad gradum Censu
 adscendere facit: Censu Romanum Equitem à plebe: discernit:
 Censu in castris ordinem promovet: Censu in foro Judex legitur.

† Censu ergo ut quis Senator fieret 80000. fuit *Coronatorum*, 64.
 ut qui tantum in ære non haberet, à Senatu haberetur exclusus, licet
 doctrinâ & virtute esset meritisimus.

† Augmentum Censu ab Augusto additum, effecit censum 65.
 390. *coronatis* majorem, duodecies namq; H. S. seu sestertia h. e.

21. Coronati aurei multiplicati, numerum illum producant.
66. † Mos certè tanti populi illaudabilis nummos non virtutem in censu esse, certo nummorum pondo virtutem cesuisse, rem hanc ad majores sui seculi reduxit Ulpianus in *l. 6. ff. de muner & honor.*
67. † Unde ad magistratus munera hodierna consuetudine regulariter non admittuntur inopes, qui ut ait Cicero, nec fundum, nec nomina, nec amicos, nec propinquos, quorum auxilio se tutari possint, habent, *pro Muren. & in Verr. act. fac. l. 37. ff. de acqvirend. hered. l. 36. ad Sc. Trebellian. l. 17. ff. de administrat. tutor. l. 39. ff. de negat. gest. l. 9. de pact.*
68. † Ecquis autem opinaretur hosce Senatus unquam, vel ab initio extitisse sine SCtis? sine ulla Juris ullius condendi potestate? An ergo populi aucti ulla habenda sit ratio? Halicarnasæus testatur Servium Tullum Regem à Tarquinio fuisse Senatu accusatum *lib. 4.* Taceo distinctas fuisse Juris Romani species cum distinctis Magistratibus, qui rogationibus præerant, quibus Senatus solus vacasset? Tum & leges centuriatis vel Tributis Comitibus cum vel sine SCto, Patribus tamen semper authoribus, quarum duas Valerius Publicola tulit, ferebantur, Magistratus ex SCto creabantur. *Cicer. Philipp. 10. Liv. lib. 8.*
69. † Extant insuper SCta infinita per totum jus dispersa, & anonyma, & nomine donata, à Senatu non propter multitudinem populi, sed Senatus *jure proprio*, & à principibus partim concessio promulgata; quoties per Consulibus, aut ejus qui pro tempore Princeps Magistratus foret, rogationem vel per discessionem, quando res non admodum momentosæ, proponerentur, vel per exquisitum & deliberatum Consilium super causa ardua & difficili constituerentur.
70. † Quod expediebatur in loco augurato & sacro qualis erat Curia Hostilia, Pompeja, vel Julia, aut in Palatii atrio (aut sub dio quando super prodigiis habendum esset Senatus Judicium) *Calendas: Nonis, & Idibus* neque plus quam bis in mense, neve ante orientem neve post occidentem Solem, in Septembri vero & Octobri mense non necesse fuit, ullos adesse nisi sorte ductos *Manut. cap. 5.*
71. † *Februario* excepto qui usque ad Calendas Martias Legatis exteris

veris dabatur, nec alias SCta constituebantur Appian. *lib. 1. de Opin.*
Liv. *lib. 19. Cic. ad Attic.*

† *Indicta* SCta cæteris diebus non Comitialibus haberi solita sunt.

† *Necessaria* quædam fuerunt, quæ non in conspectu populi sed inter Senatores quosdam à Consulibus delectos, nullò admisso Scribâ sanciebantur, quæ & *arcana* appellata sunt de quibus multa refert Capitolin in *Gordian.*

† Præter hæc erant SCta quæ in *extremo necessitatis casu* ubi Senatus convocandi copia non daretur, ab altero Consulium vel Dictatore, vel alio cui summum jus in civitate esset pro re nata Consilio sumpto ferebantur, quæ proinde habita sunt ac si collegialiter sancita essent, quorum erat formula: *Viderent nequid detrimenti Respublica caperet* Liv. *lib. 3.* Exemplum præbet Cic. in *detectione Conjuratōnis Catalinariae.*

† *Senacula* autem in quibus Senatus cogebatur erant *cria*, vel in *ade concordia* inter Capitolium & forum sita, vel ad *portam Capenam*, vel intra *adem Bellonæ*, pro audiendis exterarum nationum legatis, quos in urbem admittere reuebant.

Porta Capenæ hodiè Divi-Sebastiani nomen habet. Templum Bellonæ seu *Palladis* Deæ bellorum extra civitatem situm erat post portam *Carmentalem*, quæ postea interemptis Fabiis per eam egressis *scelerata* nomen accepit. In eo etiam templo non tantum legati exteri audiebantur; sed etiam Magistratus alii antequam intrarent Urbem cum exercitu commorabantur ob res foris victorioso à se gestas triumphum petitori.

† Aliud erat *Senaculum Heliogabali* examinatisimi, & inter Imperatores vix nomine digni, quod in *Colle Quirinali* pro mulieribus instruxerat. Obtinuit etiam ille ut *Semiamira* mater, & quod plurimi volunt, *Mesa Varia* Avia à Senatu in ordinem Senatorium reciperentur, in senatu sederent, & sententiam dicerent, Confossò tamen Heliogabalò in latrina ad quam confugerat, severissimè cautum est, ne fœmina unquam Senatum ingrederetur, multò minus in ordinem cooptaretur senatorium, ejusque qui hoc peteret caput Inferis sacrum esset. Lamprid. in *Heliogab. l. 2 ff. de R. J.*

Hinc.

77. Hinc † ab omnibus officiis publicis & civilibus hodiè mulie-
bris sexus remotus est. *l. 1. ff. ad SC. Vellejan. l. 2. ff. de R. 7. non qui-*
dem objudicii plenarium defectum l. 12. §. 2. de Judic. sed ejus fragi-
lilitatem & Sexus Impotentiam. l. deferre 18. ff. de jure fisci c. forus de
V. S. aut uti Moyses definivit propter levitatem & procacitatem ge-
neris earum Joseph. lib. 4. antiquitat. Judaic. cap. 6.

78. † Sic minus verus est Tribonianus in *d. S. 5. Instit. de I. n. g. &*
c. propter populi multitudinem Jura ejus, quod non obscure inten-
dit, in Senatum fuisse translata, quæ nemo nisi Princeps sibi soli
vtndicat, l. 1. ff. de Constitut. Princip. & propterea SCta legis instar
facta esse. Quid enim aliud Senatum vice populi Consuli? d. S. 5.
Solius enim populi κενούλιον post Principem factum d. l. 1. ut &
Legem condere & de Cive Romano capitale sibi Comitibus centu-
riatis rogatum sumere judicium. Nunquam hæc de Senatu
comperta.

79. Non *obstat* Ulpian. in *l. 1. §. 2. ff. à quibus appellat.* ubi Jctus
appellari à Senatu principem non posse, ait, Ergo omnimodam ha-
buit Senatus Jurisdictionem, summumq; tribunal cum mixto, me-
roq; Imperio? legumq; condendarum potestate? Se ipsum explicat
in verbis sequentibus: h. e. Oratione D. Hadriani esse effectum,
non ergo hoc Imperium habuerunt *jure Magistratus* & proprio, sed
casu ita ferente ex concessione & svasione Principis peculiariter in
Oratione expressa: Immo ait idem Ulpianus in §. 3. Interdum
Imperator ita solet Judicem dare, ne liceret ab eodem provocare ut
scio soepissime à D. Marco Judices datos, quod Præter Imperato-
rem nemini licet. Quod ergo singulari Juris ratione & scientiâ, ex
facti circumstantia Imperator indulget, non est producendum ad
consequentiam. l. 14 ff. de U. Translato enim in Principem populi
Jure, omnia quæ potuit populus Principi licita facta. l. 1. ff. de Con-
stitut. Princip. Leges condere: Magistratus creare majores: belli, pa-
cisq; arbitrium: Privilegia ex causa dare, vel adimere Dionys.
Halicarnasf.

80. Miror † qui doctissimus Wesenbecius in *paratit. ad d. tit. ff.*
quib. appell. hanc. l. 1. interpretetur à Senatu ad principem provo-
care non licere, habere enim Senatum jus condendæ legis per *l. non*
ambi-

ambigitur 9. ff. de LL. l. 2. ff. de fluminibus. Et Principem repræsentare
 Ex l. 1. in pr. Ad L. Jul. Majest. Certè tale quid in Senatu ne un-
 quam conspicio, neq; hoc ipsum Vir ille ex ll. allegatis probat. U-
 nanime Dd. placitum est, ex medulla Juris petitem *d. l. non ambi-*
gunt non de legis ferenda sed *Juris seu Scti constituendi* loqui compe-
 tentia. Lex enim est quam populus rogante Consule jusfit vel
 Princeps postea constituit. §. *Sed & quod Principi. Instit. de l. n. g.*
& c. l. 1. ff. de Const. Pr. Dicendo enim legem esse jus, quod populus
 Romanus Comitibus vel Centuriatis vel Tributis majori, vel minori
 Magistratu Dictatore, Interrege, Tribunò plebis rogante, constitue-
 bat, quis ambigit Legum hæc species esse Improprias & extraor-
 dinarias præter Consulares & Tribunitias, postquam Consulatus
 Majestas plebi communis facta, latâq; lege Hortensia, plebiscita
 legum potestatem nata sunt. Licet & Dictatores Leges condide-
 rint, ut pote quorum Majestas consularem antestabant, præsertim
 nullis Cosf. extantibus, quod contigit A. V. CCCCXXX. &
 CCCCXXXIX. leges tamen hæc uti à Magistratu extraordinario ro-
 gatæ sunt, extraordinariæ duntaxat habendæ, de quibus hic sermo
 nobis non est.

Allegata *lex 2. de fluminibus*. quidem tenet alternative hæc verba:
nisi Imperator aut Senatus veter; Sed tamen hoc nihil est ad legem, de
 cujus competentia disquirimus.

† Magis absolum est circa hæc, quod ait, Senatum repræsen- 81.
 tasse Principem. Quicquid habuit Princeps, habuit à populo, Sena-
 tus à populo nihil. Et quamvis Tiberius Jura populo adempta in-
 ter se & Senatum dividerit, Imperatores tamen Jura Senatus sensim
 vi & astutiâ ad se pertraxerunt, quæ ergo inter Principem & Sena-
 tum similitudinis repræsentatio?

† Ut penitus ergò hæc res explicetur dicendum. 1. Senatum 82.
 jus condendæ legis minimè habuisse, si propriè lex nuncupanda sit,
 præter Consulem, cui ordinariè ac regulariter competiit, postea per
 L. Hortensiam Tribunis cessit, ultimò Principibus. 2. Non judi-
 cârunt regulariter sive in civilibus sive criminalibus causis, sed
 Regiminis duntaxat, & Reipublicæ curam publicam subierunt,
 exceptò priorum Cosf. tempore usq; ad Xvirorum creationem

K

per

per LVIII. annos quibus dejectis usq; ad Præturæ originem ordinari-
um fuisse forum penes Pontificum collegium supra visum est.

Fuere namq; postea alii rerum privatarum Judices *Centum-
viri* appellati, non quod præcise 100. essent, ex singulis enim 35. tri-
butibus, quæ Romæ erant, tres ad judicandum eligebantur, qui licet
majorem numerum efficerent, commodioris tamen locutionis gra-
tiâ Centumviri dicti sunt. Hisce Centumviris in suis tribubus &
Equites intererant, Festus. Hi singuli Centumviri in Quatuor con-
silia divisi *Quintilian. l. b. 12. Orat. Institut. cap. 5.* In Basilica Julia ju-
dicium causarum civilium exercebant, excreverunt ad centum &
octoginta, nomine quadripartiti centumviralis judicii nihilomi-
nus retentó. *Quintilian. d. loc.* Cujus Judicii Præses erat *Prætor*,
nonnunquam *Decemviri*, qui vel ex Centumvirali Collegio vel po-
pulo Judices dabant. Raro ipse *Prætor* judicabat, nisi favor causæ
aut personæ svaderet. *l. Æmilius ff. de Minor.*

34. † Verum licet succedente tempore Equitibus ex Lege Tyberii
Grachi Judicandi potestas daretur, illaq; postea ex impotentia
Equestris Ordinis, quam Senatus ferrè non posset, lege à Cornelio
Sylla latâ, ad Senatum transferretur. *Cic. pro Roscio*: non tamen
ipsum Senatum per se judicasse & super causis litigantium, ut Judi-
ces cognovisse, sed judices dedisse, Tacitus refert *l. 3. annal.* gravio-
ribus namq; causis distentum judicandi muneri superesse nequi-
visse, scribit *Sveton. in Domitian.* † Ipsiq; Imperatores nonnun-
quam ex Corpore Senatus Judices dabant, cum, vel sine appellandi
jure, quod vult *d. l. 1. §. 2. & 3. ff. Aqvib. appell.*

36. † Interea nil minus mansit centumvirale & Prætorium Judi-
cium, Senatusq; regulariter & per se soli moderandæ Reipublicæ
incumbens, ad causas Privatorum se non intromittebat, nisi malum
in Republica verti conspiceret, ad quod avertendum generale
Sctum promulgare opus haberet. Atq; in hunc finem Scta anoni-
ma & nomine donata in corpus Juris relata prodita sunt, quæ Se-
natus tum constituebat, sive per discensionem, cum à Principe Se-
natus Sententia dicta appareret rem operosâ consultatione non in-
digere, vel Senatores ipsi, vel alii Magistratus majores vel minores
ordinis tamen Senatorii nondum facti ad partes sententiam prolo-
quentis

quentis secederent, vel ab eo in aliam partem discederent. Ita enim solebat proloqui Senatus Princeps: *Qui hæc sentit in hanc partem: qui alia, omnes in aliam partem ite* Plin. lib. 8. *Epistol.* Vel cum res ardua multumq; difficilis per coniectos in urna calculos Sctum multâ deliberatione præviâ constituebatur Plin. d. 100.

Fas autem fuit constitui Sctum † Si Senatorum numerus 87. necessarius & sufficiens adesset, qui auctò Senatu tempore Julii ad 900. sub Antonio ad 800. sub Augusto ad 600. quod Festus, Florus Appianus Halicarnasæus & Dion testantur *Quadringenti Senatores præsentibus requirebantur* Djo lib. 54. in fin. Antea cum Senatus ex CCC. constaret vel C. vel CC. suffecerunt. Unde Senatori impedituro Sctum ex defectu Senatorum præsentium, quod conspiciebat, Consuli dicere licuit. *MUMERA SENATUM* utpote quia minor numerus adesset, Sctum non constaret. *Sext Pompei. lib. 12.* Aut si Tribunorum plebis quis intercederet Gell. lib. 14. aut moram faceret. Cic. in *Orat. pro Sext.*

Habitò Senatu & Sctò legitime constitutò, Sctm subscriptum 88. est hoc modo: *QVID DE EA RE fieri placeret de ea re ita censuerunt.* Cælius in *Epistol. famil. 7* Princeps Senatus, quive Senatum habuit palam prolocutus: *NIHIL VOS MERAMUR P. C. Jul. Capitolin. in Anton Philosoph.* Et Sctm consumatum tuto in loco aservatum. In initio locus eorum erat in *ade Cereis*, ubi cum nonnunquam arbitriò Consulium supprimebantur, vitiabanturq; , postea Cic. teste *Philip. 5. in anario sive Saturni Opive templo* recondebantur Liv. lib. 7.

Ex hisce jam dictis † affatim evincitur multitudinem populi 89. quod cum Pomponio & Triboniano communis Dd. schola unanimiter fere tradidit, causam & originem Sctorum non esse, neq; Scta legum instar fuisse, fuere enim uti diximus, Scta, antequam populus augetur, tum & Senatus majora populi Jura non usurpavit. Addit Hotomannus non propter civium copiam, populi potestatem ad Senatum (si quâ factum) translata esse, sed Cæsarum astutiâ & calliditate, qui in Senatus augenda potentia suæ fiebant, ideoq; ambos Pompon. & Tribonianum ridet in *libell. de Senator cap. 2.*

90. † Ad hæc notatu dignissimum est, ut Romanam omnem Majestatem in se derivarent Imperatores, non tantum Consulum & Senatorum, sed etiam omnium majorum Magistratum officia Dictatorum, Censorum &c. Imò & minorum Quæstorum, & Tribunorum plebis munia per se, & officiales suos asciverunt, ne quid in urbe impeditenti esset, quin soli imperare viderentur. Cumq; olim in statu populari Magistratus majores majoribus auspiciis, Comitibus præsertim Centuriatis, favore populi crearentur, Minores Magistratus minoribus auspiciis, & Comitibus, Curiatis vel
91. Tributis, † postea cum Imperatores rerum summam occuparent, auspiciis creari Magistratus paulatim destitutum est, remotisq; Comitibus, populiq; favore & jure sepositò, ipsi Imperatores Magistratus, quos ipsi detrectarent, aliis pro lubitu conferebant, quos per virtutum merita conspiciant idoneos. Atq; tunc Magistratus majores dici ceperunt, non propter auspicia, sed qui potestatem & Imperium ex concessione Imp. usurparent, Minores, qui illa destituerentur. Gell. lib. 3. Noct. Attic. cap. 14. h. ult. C. de stat. & Imag.
92. † Tum & si unquam Sctæ vim legis obtinuisse dicantur, ante Tiberium contigisset, & tum quidem Sctæ non propter Senatus, sed Imperatorum autoritatem leges dici meruissent.
93. † Tyberium quippe Jura sua populo ademisse, & ad se & Senatum (ita tamen ut ipse Imperator Scti moderator & arbiter esset) per Tyrannidem transtulisse, refert Sveton. in ejus Vita.
94. † Quæ antea Julius Cæsar non ademerat, sed cum populo dividerat, ut loquitur Sveton. in vita Cæsar. ibi Comitibus cum populo partitus est, ut exceptis Consulatus competitoribus de cætero numero Candidatorum pro parte dimidia, quos populus vellet, pronuntiaretur, pro altera parte quos ipse dedisset.
95. Tyberium. † subsecuti Principes, cum populi jura jam tenerent, modestiæ quidem causa ad Senatum, si quid obtinere, neve Tyranni videri vellent, habuisse Orationes constat ex l. 3. C. de LL. uti Theodosius & Valentinianus Imp. se leges generales vel oratione ad Senatum vel Edicti nomine condere referunt. l. oratio. 16. ff. de Sponsal. Orationes hæc vel coram Senatu à Candidatis

datis Principum habebantur, vel absenter per Epistolam Senatus consulebatur. *l. 3. C. de LL.* Hujusmodi orationes visuntur in *l. cum hi ff. de transact. l. 6. §. 1. de Confes. l. 56. De Re Judicat. l. 60. §. 67. §. Sed si filius ff. de Rit Nupriar. l. 32. ff. de donat Inter Vir, & Uxor. l. 1. ff. de reb. cred. l. 9. Cod. de præd. minor. l. item veniunt 20. §. 6. in fin. de hereditat. petit.* Quibus Orationibus non quæ voluerunt Imperatores non tam impetrarunt, quam imperarunt, Potentum enim preces minæ sunt.

† Caligulam Jura Comitiorum populo restituere simulasse 96. sed minus perfecisse testis est Sveton *in vita Caligul.*

Cæterum Sc̄tm à Consulibus ad Justiniani & ante ejus præsertim tempora promulgatorum, magna pars Pandectis inserta est † quæ partim certò nomine donata, partim sine nomine alterutrius scil. Consulibus nomine non expresso, in Pandectis & apud Historicos reperiuntur V. C. Carbonianum *l. 1. & passim ff. de Carbon. Edict.* Claudianum *l. 1. C. de Sc. Claudiano tollend.* vid. Cornel. Tacit. *lib. 11.* Silanianum *l. 1. 13. 14. 25. ff. ad SC. Silanian.* Dasumianum *l. neg. 36. Et l. non tantum 1. §. Senatus consultum ff. de fidei commiss. libertat.* Junianum *l. 1. ff. de Collus. deteg.* Libonianum *l. 1. & passim ff. de fals. Juncianum l. 51. ff. de fidei commiss. libert.* Julianum *l. 20. ff. de hered. petit.* Largianum *§. ult. de success. libert.* Macedonianum. *l. 1. ad SC. Macedon.* Orphytianum. *l. 1. & penult. ff. ad SC. Teriyll. & Orphyt.* Pegasianum. *Tit. de fideicommiss. heredit.* Rubrianum *l. 26. §. Subventum l. 33. 36. ff. de fideicommiss. libert.* Trebellianum *Tit. ad SC. Trebellian.* Turpilianum *ff. ad SC. Turpil.* Vellejanum *ff. eod.* Vitrasianum *l. 30. §. si plures ff. de fidei Commis. libert.* Volusianum. *l. 16. ff. ad L. Jul. de vi privat.* Appronianum *l. 26. & sq. ad SC. Trebell.*

† Anonimorum non pauciora visuntur ex quibus hæc habentur quorum mentio fit. in *l. 4. §. proficisci 2. ff. de Offic. Procons. l. 6. ff. ad L. Cornel. de Sicar. l. 1. ff. de Testament. tutor. l. 12. §. 1. C. de religiof. domib. l. 1. ff. si servit leget. l. 5 §. ult. ff. de Injur. l. 2. ff. de Accusat.* Et pluribus aliis locis quæ legenti cuilibet occurrunt.

Hæc † Sc̄ta apud Romanos usitata maximæ notæ fuerunt, 99. ab initio Consulibus ad Alexandri Severi usque tempora, postea

Senatus auctoritas pedetentim decrefcere vifa eft, donec ipfi Imperatores Senatorium adfciferent dignitatem. Confpicimus ex Novella Leonis 78. Imperatores fuo tempore Senatoriam adminiftrationem fibi vindicaffe, ut ut autem Leonis Novellæ nunquam in Oriente, fi Cujacio credendum 6. *Obfervat. 9.* fuerint receptæ, † ipfâ tamen in Principes translata Senatus poteflate ex fe Sctâ defierunt Leonis prohibitione fupervacaneâ, fub Iuftiniani etiam Imperatoris XV. Imperii anno † ultimum vidit Roma Confulem Bafilium. Anno V. M. CCXLII. Anno Chrifti DXLI. Tum & Oriente Mahometi in prædam verfo omne jus Iuftinianeum in Oriente deletum eft, donec in occidente tandem per Irnerium Ictum Anno Chrifti MCL. Bononiæ reflorerefceret.

Dixi fupra Dignitarum titulos poft Alexandri cumprimis tempora diftinctos fuiſſe, atq; Senatores, qui non ex Majoribus Magiftratibus fuerunt, Clariffimatus dignitate inſignitos fuiſſe, Conſules autem Superilluſtres dictos.

102. † Quæ dignitas etiam ad fœminas extenſa eſt, Viro tamen fœmina in dignitate cedit, quod ait Ulpian. Conſulari fœminæ, utiq; Conſularem Virum præferendum nemo ambigit, ſed Vic præfectorius an Conſulari fœminæ præferatur videndum, putent præferri, quia maior dignitas eſt in ſexu virili. *l. 1. ff. de Senator.*

103. † Conſulares fœminæ non fuerunt Conſulum Uxores, aut filia, minus Matres, ſed Conſularium: Alii enim erant *Conſulares*: alii *Conſules*; Hi erant in Civitate; Illi Provinciæ moderatores, ut Conſularis Paleſtinæ, qui inter Clariffimos referebatur, ejuſdem dignitatis erat Corrector Apuliæ & Calabriæ, aliiq; quorum meminit Iuftinianus in *tit. de Offic. Præfect. Prætor. Afric.*

104. † Quærit hic Petrus Faber: An Vir Præfectorius præferatur Conſuli? Negat per rationem ſatis ineptam, quia Conſulum fuit illuſtris dignitas. Conſtat Viros præfectorios præfertim præfectos Prætorio illuſtres fuiſſe, qui ergo par pari cederet? Verum dicendum, Conſules ſuper illuſtrium dignitate cœteris præfulſiſſe, quæ ratio eſt quod Conſul ſuper Illuſtris Præfectorio illuſtri tantum præferatur. Præfectus tamen Auguſtalis inter ſpectabiles numeratus

ratus est, Duaren. *ad tit. de Senator cap. 1.* Sive vel hujusmodi
sentiatur praefectorium Virum Ulpian. in *d. l. 1.* eò magis Consul
ei praefertendus.

Sed quæro † Praefectorius Augustalis praefertaturne Consulibus 105.
Uxori? Videtur dicendum per rationem generalem quod sic, quia
major est dignitas in sexu virili, regulariter & viri melioris sunt
conditionis quam foeminae, nonnunquam hæc illis, quos casus post
alios exhibet Philipp. Decius *ad l. foemina. 2. ff. de R. J.*

† Filiae verò non aliter hanc dignitatem participant nisi 106.
Clarissimis vel Illustribus viris fuerint nuptae Ulpian. in *l. foemina*
g. ff. de Senator. Tamdiu enim clarissima erit Foemina, quamdiu
Senatori nupta est, aut clarissimo, vel separata ab eo, alii inferioris
dignitatis viro non nupserit. *d. l. 8. cum l. 80. ff. eod.* Quod & di-
sertè rescribunt Imp. Valentin. Theodos. & Arcad. Mulieres ho-
nore maritorum erigimus, genere nobilitamus, & forum ex eo-
rum persona statuimus, & domicilium mutamus. Si autem mi-
noris dignitatis virum postea sortita fuerint, priori dignitate pri-
vata, posterioris mariti sequentur conditionem *l. 17. C. de dignitat.*
lib. 12. Valdè quippe indignum esset ejus honoribus mulierem per-
frui & fulgere quem sprevit † cujusque animam, ut ait Justinianus, 107.
contristavit, & malè affecit §. *non tamen §. nos igitur de Nupt. Col. 4.*
Quod ad mulieres in genere extenditur, non tantum quando ad se-
cunda vota minora convolant, † sed & in viduitate incontinenter 108.
vivunt, prioris mariti dignitatem non tantum amittunt, sed &
omnia perdunt, quæ ex titulo lucrativo à Marito defuncto accepe-
runt, vel ex successione liberorum prioris matrimonii consecutæ
sunt, solò duntaxat usu fructu apud eas remanente *l. foemina. §. il-
lud C. de secund. Nupt. Auth. ex Testamento C. eod.* nisi consuetu-
dine aliter sit cautum, uti in quibusdam civitatibus Imperiali-
bus liberis receptum esse refert Gail. *2. observ. 98. n. 7. &*
per tot.

Simili modo & † mulier quæ adolescentem 24. annis mi- 109.
norem invitis aut insciis illius cognatis ad matrimonium pel-
lexerit, omne lucrum consuetudinarium ex bonis mariti alioquin
debi-

debitum amittit, ex constitutione *Caroli V. Imper. Anno 1540.* publicata.

- 110.** † Filii Senatorum accipiuntur non tantum naturales & legitimi, sed & adoptivi. *l. 5. ff. de Senator.* † Emancipati filiorum nomen amittunt *l. 6. eod.* Emancipatus autem à Patre Senatore quasi Senatoris filius haberi placet *l. 7. eod.* vel si Pater Senator Filium in adoptionem det ei qui inferioris est conditionis. *d. l. 6.* vel si post patris mortem nasceretur. *d. l. 7. §. 1.* Aut si anteqvam Pater Senatu moveretur conceptus, post motionem verò natus esset, quasi Senatoris filius dici nequit. *d. loc.* † Qui autem propter turpitudinem Senatu motus, nec restitutus est, iudicare, aut testimonium dicere ex *L. Julia repetundarum* prohibetur. *l. 2. ff. de Senator.* nec tamen eo ipso est capite diminutus. *§. Quibus instituit. de capit. diminut.* Sed licet ei Romæ morari *l. 3. ff. eod.* quod in militibus per ignominiosam missis non ita servatur. *l. 8. §. 9. ff. de Excusat. tutor.* Est enim de his lex scripta non licere eis urbem ingredi. *d. l. 8.* Verùm quia pœnz non debent trahi ad consequentiam quod loquitur Hermogianus in *l. 1. in fin. de constit. Princip.* de Senatu motis, licet ex delicto notati sint, idem non est asserendum, quia lex de eo non extat, sed permittit potius eis in urbe morari, quia nullò modò statum mutant, sive per maximam sive mediam sive minimam capitis diminutionem, infames tamen fiunt. *d. l. 2.*
- 113.** Qui dicendum de eo † qui natus anteqvam Pater Senatoriam dignitatem consecutus esset? Ulpianus nihil interesse, ait an Pater Filium jam in Senatoriâ dignitate constitutus susceperit, an ante dignitatem Senatoriam *d. l. 5. in fin.*
- 114.** † Miror qui Ulpiano in *l. 5. ff. d. tit. Rescriptum Imp. Valent. Gratian. & Valent.* ut contrarium opponant multi *l. si Senator 11. C. de dignit.* cum ne umbram contrarietatis hæc duo loca ferant. Ita Imp. Si Senator vel alius clarissimus privatos habeat filios, editos quippe anteqvam susceperet dignitatem, quod non solum circa masculos dignoscitur constitutum, verum etiam circa filias (vid: *l. 10. ff. de Senator*) simili conditione servandum. Cum autem Paternos honores invidere filiis non oportet, à Senatore

natore vel solo clarissimo susceptum in clarissimatus sciendum est dignitate mansurum. Quod & circa jus primogenituræ ad Electorum & Principum filios simili modo extendendum. *l. 12. 13. 14. ff. de U. l. ult. C. de decur. l. ult. C. de his qui sponte munera public.* Confer. Tiraqvell. *de Jure primogenituræ quest. 31.* Hotoman. *Illustr. Quest. 2.*

† Filii nempe sunt Senatoris, Regis Electoris, Ducis, Comitibus, qui privato patre concepti post adeptam Patris dignitatem nati sunt, quis enim dignitatem Patris (postea insecutam) his invideret? Hæc mens rescripti est, quæ cum Ulpiano coincidit. In alium sensum rescriptum detorquevere divinatorium est, imo & injuriosum, secundum Paulum in *l. 29. ff. de legib.* Contra legem facit qui id facit, quod lex prohibet, in fraudem verò qui salvis verbis legis sententiam ejus circumvenit.

† Correctio deniq; Juris odiosa est, nec præsumitur, † neq; Codicis leges, uti & Novellæ indistinctè Pandectarum legibus derogant, aut eas abrogant, nisi hoc expressim loquantur, clausulamq; annexam habeant derogatoriam.

Privilegii locò commemorat Paulus † Senatores jus originis retinere licet in urbe, vel in locis suburbanis domicilium habeant, *l. 11. ff. de Senator. l. 15. C. de dignitat.* Circa quod advertendum.

† Romanos Senatores in urbe non tantum sed & in prædiis, locis Suburbanis, & hortis habitasse extra urbem, de quo extat *l. lex Cornelia §. donum ff. de Injur.* ibi: Quid si quis in villa habitet vel in hortis. Idem ostendit. *l. penult. ff. de donat inter. Vir & Uxor.* Et Tacit. *lib. 16.* Tum, ad Thraseum, ait, in hortis agentem Quæstor Consulis missus vesperscente jam die. Ascon. in *Miloviana*, de Pompejo loquens, ait, Plerumq; non domi, sed in hortis manebat. Hinc intelligendus locus est apud Paulum in *l. 4. §. 5. ff. de pen. legat.* de penu in hortis condita urbi junctis. Erant enim non adeo procul ab urbe siti, Ideo qui in hortis erant, abesse, cum in continentibus urbis essent, non videbantur secundum definitionem. *l. absentem ff. de V. S.* immò præsentem eos haberi disertè traditur in *l. præsens ff. de Procurat.*

† Hos hortorum & villarum habitationes diætas appellabant

L

labant

labant veteres quod visitur in *l. 13. §. ult. ff. de Usufruct. l. uxorem 41. §. in testamento 1. de legat. 3. l. Senatus 43. §. 1. ff. de legat. 1.*

121. † Domicilium autem tum verè constitutum Intelligitur quando quis re & facto perpetuum habitandi animum declarat, nisi inopinatò aliò evocetur *l. Cives. C. de Incol. lib. 10.* Sive quis maximam fortunarum partem in locum habitationis adferat, sive per decennium in loco quodam habitet. *l. 2. C. de Incol. quod*
122. *domicilium vocatur habitationis.* † Aliud est quod dicitur originis quod est in loco Nativitatis, vel sui ipsius, vel Patris sui *l. origine C. de municip. & originar. d. l. cives.* † Aliud est commune omnium Imperii Romani subditorum mediatorum & immediatorum statuum, qui legibus & constitutionibus Imperialibus vivunt. *l. Romam. ff. ad municipal. Alciat in l. provinciales ff. de V. S.*

- Quod autem dicit Paulus in *d. l. Senatores 11.* Senatores licet in urbe Domicilium habere videantur, tamen & ubi oriundi sunt, habere domicilium intelliguntur, † non videtur habere multum singularitatis, quia domicilium originis naturale est & immutabile *§. 11. Instit. de Jur. in g. §. c.* Et quocunq; quivis civis originarius se transfert, jus originis nil minus retinet, *l. 1. &*
125. *24. C. de municip. & originari.* † Verum jus originis hodie, etsi non revera, cum naturale sit, tamen quoad Jurisdictionem & munera personalia solà voluntate, perinde ac incolatus & habitationis domicilium mutari potest, idq; ex generali omnium ferè locorum consuetudine.
126. † Atq; sic hodie quivis originarius forum rectè sortitur in loco originis si scil. ibidem reperiatur. *c. causam de dol. & contumac.*
127. † In habitationis sive quis ibidem reperiatur, sive non *d. c. causam* † Ex delicto vero, vel contractu forum non aliter fundatur, quam si in loco contractus vel delicti, vel ubi Res sita est, reus inveniatur. *c. 1. §. Contrahentes, De for. comper. in 6.*
129. † Si autem creditor à debitore impetrare possit, ut Instrumento Contractus locus solutionis ubiq; locorum inventus fuerit,

rit, disertis verbis inferatur, ubiq; locorum contraxisse intelligeretur, quæ optima pro Creditore foret cautela.

† Alia & quidem potiora Senatorum singularia sunt, infamia notatis & quos vitæ lascivia & turpitude inquinavit hanc dignitatis portam non patere. *l. 2. C. de dignitat.* Esse Senatores & clarissimos ab omnibus præstationibus & indignis functionibus exemptos. *l. 4. C. eod. l. 1. 3. & 14. eod.* Tormentis & Quæstionibus non constringendos. *l. 10. C. eod.* Esse ab omni injuria liberos. *l. 8. C. eod.* jungatur. *l. 2. C. Ubi senat. vel Clarissim.* ex L. Papia prohibitos esse ne libertinas Uxores ducant. *l. lege ff. de Rit. Nupt.* Plebejorum pœnis minimè esse subjiciendos. *l. Drou. C. de Quæstionib.* Ex solis Patritiis sive ita natis, sive conscriptis aut lectis esse creandos, non verò ex gente plebeja.

† Quæ religio duravit usque ad annum urbis conditæ CCLXIII. quo primum Senatores ex plebe facti sunt Halicarnasf. *lib. 7.*

† Omnem deniq; quæstum Senatoribus esse interdictum velut Romanæ dignitati in Patribus indecorum: † Lex namq; à Q. Claudio Tribuno plebis lata est, ne quis Senatorum maritimam navem plusquam trecentarum amphorarum haberet. Tantam enim sufficere visum est ad fructus ex propriis prædiis in Urbem advectandos *Liv. lib. 21.*


† Huic Senatui Romano nullò modò comparari possunt Senatus, Senatoresq; civitatum Imperialium liberarum, neq; quicquam ausim in Romano Germanico Imperio ei conferre similitudinis, neq; Gallicum Regnum ullam huic præ se ferre æquiparationem, sive quoad Parisiensis, sive Tholosani Parlamenti competentiam, testatur Corasius *ad §. deinde quia n. 36. ff. de O. 7.*

† Ubi addit Parlamenta Galliæ bina ad Centumvirale Collegium quendam referre similitudinem, quæ † Gallia tamen hodie à nostro Imperio penitus est avulsa *c. venerabilem Qui fil. sunt legitimi*: exemptionis occasionem refert ad Caroli Magni nepotes. Victor *de Exempt. Conclus. 2.* Hinc Gunther in *Ligur. lib. 1.*


Ac simul à nostro secescit Gallia Regno
 Nos priscum regni morem servamus, at ista
 Jure suo gaudet nostræ jam nescia legis.


137. † Ut dicerem Civitates nostras Imperiales liberas, si unquam ad statum Romanum eas referre liceat, huic Centumvirali Judici quodammodo comparari posse, sicubi Præses Judiciis Præfectus habetur, quod Argentoratensis & Coloniensis Respublicæ quadantenus quidem repræsentant, sed parùm exæquant. Si quis autem Senatum civitatum municipalium modernarum compararet Municipiis, † Duumviros Consulibus, Decuriones Senatoribus, Curiales Civibus, à similitudinis semita minùs aberraret. Wefenb. *Conf. 40. n. 52. Alciat. dispunct. lib. 5. c. 3.*


- Sic amputatum & eluscatum penitus antiquum illud Romanum Imperium, cui virtus & fortuna pariter æternitatem promiserunt. Dan. Heins *in orat. 10. pag. (mihi) 235.* ut antiquam † ejus faciem intueri jam amplius non liceat. Quia autem originem & primordium Quartæ & Ultimæ Monarchiæ nostræ Apocalyps. 23. l. 17. 12. Daniel 7. 9. 10. cum aliis sqq. tueri fas & dignum est, hoc agamus, ut licet præcipua corporis membra Asia, Africa & maxima Pars Europæ avulsa sit, quotidieq;
 140. Aquila deplumetur, † statuamus non terram amplam hodie sed jus terræ Monarcham ultimum facere, civesq; Romani idcirco permaneamus, aliud seculum, aliamq; Monarchiam non præstolantes. Dan. 2. & 7. Matth. 34. 30. Apocal. 1. 7.
 141. † Unde minime ferendus Costalius, qui Majestatem Imperatoris furcillat ad l. 32. ff. de LL. Neq; Vasquius qui Romanum Imperium emortui Orlandi furiosi jumento comparat *in præfat. lib. 1. quest. Illustr. 63.* Multo minus Bodinus qui ubicunq; scabiosus Carulos Imperii diminuendi causâ generosum allatrat Leonem, Imperatorem agnoscens veluti præcipuum in Aristocratia: Ducem Venetorum sine ulla potentia: Principem Ranarum, cui populus pro libidine insultat. Bodin. *lib. 1. c. 8. & passim de Republ.* quem merito increpat Cujac. *Obs. 18. c. 38.* Monarchia nostra est, quoad statum, & ex divino oraculo durabit cum seculo. Dan. 2. & 7.











the scale towards document

VVLGO DIATO die Klapper-Jagd.

33

§. XI.
Quodsi igitur in iudicio petitorio (a) super ipso ita
di iure controuersia mouetur, is, cui solum inferi-
a minor, aut media, venatio data est, a nostro ve-
modo se abstinere debet in locis, vbi ferae maio-
bentur. Is autem, qui duntaxat superiori, siue ma-
audet venatione, tali, vice versa, vti nequit in lo-
i ferae minores, aut mediae, subsistunt. Ratio as-
uius in promptu est, qui alterius ferae per eiusmo-
ationem disturbantur, et in aliena loca extra ban-
erinum transfugiunt (b). Non debet autem alteri
per

orum numerus praeter necessitatem non sit augendus, si-
lem id quoque non facile permittitur, vt, praedio, cui
venandi cohaeret, inter plures possessores diuiso, in lo-
vnius iaculatoris, qui ante factam diuisionem fuit, postea
es substituuntur. Vid. Mandata Regis Prussiae d. 9. Maj.
4. d. 10. April. 1709. d. 8. Mart. 1712.

Actiones, quibus partes litigantes in iudicio petitorio ex-
antur, sunt Confessoria et Negatoria vtilis.

Audiamus ante, quam vltius progredimur, ipsosmet ve-
res, quibus potissimum in sua arte credendum est. Huc
me faciunt tria luculenta testimonia, quae sequentibus
s concepta sunt:

Steuer der Wahrheit attestire ich Endes, Unterschriebener
l. Schwarzburgischer Ober-Förster hiermit auf Begehren,
das so genannte Klappern oder Klapper-Jagen, wenn
nehm.

E